

Vita

by

Wolfgang Muehlpfordt

Ego, Wolfgang Muehlpfordt, Potsdami, in Marchiae oppido, quarto die Maii MDCCCLXXII, a patre Moritz Muehlpfordt, qui officiis notarum, ut dicunt, revisoris fungebatur, natus sum. Erudiebar in gymnasio Potsdamensi quod Victorianum vocatur, et Regimontii in lyceo Kneiphoviano. Ab Octobri anni MDCCCXC maturitatem adeptus Albertinae juri utrique et cameralibus usque ad mensem Martium MDCCCXCII studebam. Deinde in Berolinensi universitate cameralibus, agronomiae, rebus physicis me tradidi. Eiusdem anni Octobri Regimontium redii et in disciplinis, quas nominavi, ad hoc tempus versabar. Duodecimo die Decembris a.c. rigoroso examine probatus sum.

Lectiones audiivi professorum, qui sequuntur: *Boeckh, Dambach, Endemann, Fleischmann, Garcis, Hasbach, Knobloch, Lindemann, Ruchl, Saalschuetz, Salkowski, Samuel, Schirmer, Schmoller, Scring, Umpfenbach, Wagner, Zorn.*

His omnibus, praecipue magistro meo honoratissimo, Carolo Umpfenbach, gratias ago.

